

1463

197.
9
GEORGII WOLFFGANGI
WEDELII,

HEREDITARII IN *Schwarza*
MEDICINÆ DOCTORIS, COMITIS PALATINI CÆSAREI,
SERENISSIMORVM SAXONIÆ DVCVM CONSILIARII
ET ARCHIATRI,
THEORETICES PROFESSORIS PVBLICI ORDINARI,

FACVLTATIS MEDICÆ
h. t. DECANI,

Propempticon Inaugurale

DE
QVÆSITIS PER אורים ET
תמים.

I E N Æ
LITTERIS KREBSIANIS.

GEORGI WOLFFGANGI
WEDDELLI

PRÆDICTI IN
MEDICINÆ PUBLICÆ CATHEDRÆ
SPECTABILISSIMO SINGULÆ FACULTATIS
ET ARCHIASTRÆ
THEORETICUS PROFESSORIS PUBLICI ORDINARIJ

FACULTATIS MEDICÆ
H. C. DECANI

Propositionum Inauguralis

DE
UNIVERSITATIS PER
D. M. D. C. C. C.

L. W. R.
LITÆRÆ ARCHIASTRÆ

RPJCE



I. N. I.



Otabilis locus est Hippocratis, quando Epist. 15. t. 37. *ἰητρικὴ, inquit, καὶ μαντικὴ καὶ πάντα συγγενές εἰσιν, medicina & vaticinatio valde cognate sunt; vel ideo, quod ambarum artium vnus pater sit Apollo.*

Longe rectius ad Deum summum hæc referenda, si quidem genuinos fontes & veram diuinandi artem perputemus. Non fuit nisi simix instar Apollo Delphicus, & vates alii fallaces, indeque profecta oracula vana, vel, si quid forte veri aliquando professi sunt, illud *Platonicum* laudare liceat, diuinandi vim Deum dementiæ humanæ dedisse.

Diuinorum vero effatorum exemplum genuinum & infigne olim in Veteri Testamento præbuere quæsitæ & responsa, per אורִי & תְּחִימִי *urim & thummim*; quæ cum ignorari hodie confiteantur plerique, non absona visâ nobis fuit curiositas, paulo attentius quædam de iis inuestigare.

Enimvero fuit & hæc quædam λογικὴ λατρεία, *cultus diuinus*, a summo numine Pontifici maximo commissus, vt certis casibus responsa darentur diuina, ea debite requirentibus. Iussu nempe diuino *Exod. 28. v. 2.* conficiebantur vestes sacræ pro summo sacerdote, & in gloriam & decorem; quas inter præcipuum ornamentum erat *יֶשֶׁת*, *pectorale*; quod *Iosephus* εὐσθήλιον vocat, *l. 3. Antiq. Iud. c. 8. p. 85. LXX.* vero, idemque λόγιον, vulgata *rationale*, singulis illis locis latius descriptum.

Vocatur vero illud modo pectorale simpliciter, *Exod. 28.*

(4)

v. 22. 23. & cap. 39. v. 8. 9. 15. modo pectorale iudicii, *Exod. 28. v. 15.* & 29. modo pectorale iudicii filiorum Israel; Effulgebant enim & superbiebant in eodem duodecim gemmarum, cum insculptis nominibus duodecim tribuum, *ibid. c. 28. v. 30.* modo pectorale iudicii, (saltem subaudiendo quoque) cum vel in vrim & thummim, vel coniunctum *Exod. l. c. Levit 8. v. 8. Esdr. 2. v. 63. Nebem. 7. v. 65. Deut. 33. v. 8.* vel seorsim, solo vrim nominato, pectorali sacro summi sacerdotis, excluso vel subintellecto potius altero. *Numer. 27. v. 21. 1. Sam. 28. v. 6.*

Circa hunc actum itaque & processum, sine dubio primum occurrit attendendum obiectum, seu postulatum desideratum, idque momentosum, vel reipublicæ, vel priuatum quoque, quod in questionem venit; decidendum & definiendum, idque deuote propositum, nec sine precibus ipsius, vt vocaueris, impetrantis.

Si enim apud Ethnicos ipsos in more positum fuit, vt trementes augurium captantes, Deumque inuocantes, precarentur eum: *κύριε ἐλέησον*, quidni id longe magis necessarium fuerit & requisitum, vt hoc pacto quis in populo Dei aditum sibi pararet, quærens & supplicans, ad optatum finem consequendum. Vid. *Arrian. Epictet. l. 2. cap. 8. p. m. 142.* Non referebant enim ad Deos, nec eos consulebant sine precatione; vid. *Salmas. Exercit. Plinian. fol. 411.*

Adeundus hinc fuit vates, velut interpres diuinus & mediator, quæsitus & requisitus; vt voluntati diuinæ conformem, τῷ κερνομάρτῳ procuraret vel exoraret potius responsum *ωροφνηταύου*. Idque alterum est ac potissimum, quod hinc dilucidandum & delibandum se offert, in quo ζητήματα totius rei cardo vertitur.

Induendum nempe erat pectorale, quotiescunq; inprimis huic muneri vacare vellet; vt in Pontificalibus, vt hodie loquimur, id est ad hoc legitime sic præparatus & instructus, indumentis sacris vestitus accederet, ita vt super cor suum pectorale illud perpetuo gestaret.

Vt enim extraordinarie quasi contingeret, vt hoc munere summo fungens prophetaret, etiam citra hanc ceremoniam,

* (5) *

niam, aliquando, vt de Caipha tale effatum recenſetur apud *Iohannem c. 11. v. 51.* quod eo anno ſummi ſacerdotis priuilegio gauderet, ac ſummo numini placeret ita dirigere; ac de Eli idem videatur vel dictum, vel ab eo affectatum; ad coniugem Elcazæ Hannam, matrem Samuelis, *1. Sam. c. 1. v. 17.* attamen ordinariæ ſuo loco & tempore, more adulto & a Deo præcepto, id obibat magis.

Medium impetrandi diuinum ſcitum, beneplacitum & reſponſum quaſituro, ſine dubio itidem fas eſt aſſerere, fuiſſe preces. Sic forte dixerit: Iehoua audi orationem meam, auſculta deprecationem meam; doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus: Spiritus tuus bonus deducat me in terra recta. *Pſ. 145. v. 1. & 10.* Item: emitte lucem tuam & veritatem, ipſa deducunt me, *Pſalm. 43. v. 3.* Accende lumen ſenſibus, & ſic porro.

Modus *δοκίμασις* huius assignatur per *אֵשׁ וְנֹרָא* אֵשׁ וְנֹרָא & *אֵשׁ וְנֹרָא* quasi dicas per ignes, illuminationes, & rectum, seu perfectiones. LXX. *τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ἀλήθεια*, Vulgata *doctrinam & veritatem*, Germ. *Licht und recht* exponunt. Hoc vero quale fuerit, non parum diſſentiunt communiter. Quidam *ἐπέχειν* malunt, & iudicium ſuſpendere. Non pauci median-
τε ἐκλάμψει, seu fulgure gemmarum, in pectorali inferatarum, alii viſione oblata, alii viua voce prolata idem factum opinantur.

Neque de nihilo eſt ſplendor & fulgor gemmarum, inprimis adamantis, quem vel nomine iaspidis exprimi alibi diximus. Et ne ſine autoribus aliis id dicamus, vel ſtatuamus, confer. *Gesnerus corollar. de XII. gemmis Epiphaniae n. VI. p. 20.* vbi *Münſterum, Fagium, Abenezram* conſentientes laudat, idemque ipſe retur, ac conſentio, *inquit, p. 21.* Iahalom Hebraeis adamantem eſſe cenſeo. &c. Sed nec ipſe videre id potuerit ſacerdos, nec niſi generale hoc annuendi vel abnuendi fuerit ſignaculum.

Multo minus audiendi ſunt, qui ſeorſim phosphorum quendam fulgurantem, quales hodie noſtro auro inuenti ſunt, non pauci, etiam ex ipſa vrina, inditum ſibi concepere, vel

* (6) *

ipsum lapidem Philosophorum. Minora hæc sunt omnia, nec maiestati diuinæ, nec rei naturæ adæquata & congrua.

Non fuerit hæc, nostro leuidensi iudicio, doctrina & veritas *Emblematica*, sed *substantialis*, diuina, illuminatiua, inspirata, & hinc ad ore proferendum suppeditata, nutu diuini Spiritus, idque sic non indefinitum, sed definitum, clarumque responsum, effatum. Formatus sic intellectus ad verum, essentialiale eius obiectum, vt innuatur sic certitudo, infallibilitas, norma agendorum, secundum voluntatem & gratiam diuinam, per fidem exoratum, apprehensam, inuentam seu impetratam.

Hinc non refertur Bezaleel, summus artifex operis, seu seorsim Vrim & Thummim fabricasse, elaborasse, & factum indidisse, *Exod. c. 39.* indicio manifesto, (ne *Iosephum* laudemus, nihil itidem proferre tale quid valentem, nihilque ibi locatum memorantem, quam duodecim gemmas, & nomina tribuum Iudaicarum,) non materiale aliquod fuisse, & sensibus obuium, aliud puta a contentis & infertis reliquis.

Itaque valet & hic illud ex *2. Samuel. 23. v. 2.* Spiritus Iehouæ locutus est, (per Sacerdotem,) & sermo eius factus est per linguam eius. Adeoque illuminatio quasi facta putanda magis ab intra, mota mente & intellectu, impulsu diuino, ad effatum reatum, perfectum, indubitatum, ad extra proferendum,

Confirmat idem locus signatus, vt ita loquamur, peccorale, & exercitus, cor, super quod gestandum vnice fuerat. Ex corde enim, verbis & sensu Scripturæ, ascendunt cogitationes vt malæ, ita & bonæ. Esse enim cor *πυρὴν πῦρ ἐὶς ὄσον πύργον*, fontem quendam ignis inexistentem, iam dudum agnouit *Plato*: flammulam, & luculam vitalem, *ἀνάλογον τὸ τῶν ἀστρον στιχείω*, similem elemento stellarum, *Aristoteles*, *Cartesius*, & alii genuini Philosophi, inditam cordibus animalium a diuino conditore.

Et ore tenus prolatum distincte oraculum, exemplum habetur cum primis *1. Samuel. c. 2. v. 4. 9. 11. 12.* ne plura adducamus. Hinc quando dicitur, responsum datum per τὸ λογείον, durch das Amt *Schildlein*, non repugnat asserto nostro, siquidem & λογείον non solum peccorale notat, sed etiam, vi vocis, λόγον, sermonem, effatum.

Aft

* (7) *

Ast si hæc etiam, vt par est, Christiano eloquio signare & effari licet, hic reuera typus fuit Christi Saluatoris, qui est *δεξιμεύς μέγας*; Hebr. 4. v. 14. Psalm. 110. v. 4. *Sacerdos Magnus* in æternum, secundum ordinem Melchisedech, id est, regius minimum, & sic longe eminentissimus. Offendimus hic mysterii Sacro-Sanctæ Trinitatis quædam vestigia manifesta, seu imaginem, figuram, symbolum. Deus est Pater luminum, habitans in luce inaccessa, Christus lux vera, quæ venit in mundum ad illuminandum homines, *Iob. 1. v. 9.* Spiritus Sanctus igni non minus comparatur solemniter, quæ vbertim in sacris fontibus reperias, hic saltim obiter, sed deuote, verbo tacta.

Veritas essentialis itidem est, sacrosanctæ Triadi vnice debita & propria, Deus verus est semper, idemque ineffabilis, Christus est veritas, & Spiritus sanctus, *πνεῦμα τῆς ἀληθείας*, *spiritus veritatis*, qui in omnem veritatem ducit. Et verbum sic diuinum est veritas, vnde & orare oportet *ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ* seu per Verum & Thummim, *Iob. 4. v. 23. 24.* Quæ omnia, autorem oraculi huius genuini demonstrant, & illustrant *ἐξοχήν* inenarrabilem.

Et curiosum sane est, veluti digito monstrari, complexum vna oraculum hoc initium & finem,

Α & Ω
Α & Ω

nullibi quasi tam affabre & eleganter signatum, seu qui est π

Græca analogia, & paraphrasi *ἀρχὴ καὶ τέλος*, *ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος*, *initium & finis*, *primus & nouissimus*, *Apocal. c. 1. v. 8. c. 21. c. & c. 22. v. 13.* vti ter audit in Apocalypsi & Nouo Testamento, *τὸ ἀμύω & ναί* omnium promissionum diuinarum, *2. Cor. 1. v. 20*, *ἀρχηγός & τελειωτής τῆ πίστεως*, *autor fidei & consummator*, *Hebr. 12. v. 2.* Primus ante ortum, & in ortu mundi, vltimus in eiusdem consummatione: Primus in Sacris literis, *ἀρχὴ*, & *ἐν ἀρχῇ*, *Iob. 1. v. 1.* vltimus etiam expresso nomine, *ἰησῦς*.

Neque absolum est, applicare hæc quæ sita suo modo non solum ad alia quæuis exquirenda ac inuestiganda, eruendaque

daque, dubia, & ex voto decidenda: verum etiam ad medicam artem, ad exhaurienda naturæ arcana summe necessaria. Enimvero, adimpletis omnibus diuinis, pro salute hominum, reparanda, promissis, nullo iam opus est sacerdote maximo, nullo propheta, nullo oraculo. Per ἀρχιερεῖα μέγαν Saluatorem O. M. habemus προσευχῆν, accessum ad Deum, omnium bonorum datorem.

Duo saltem sunt media homogenea, illis laudatis affinia & conformia, preces & meditatio, verum, præter verbum Dei, Verbum & Thummim. Promissum enim habemus orantibus concessum iri diuinitus Spiritum Sanctum, illuminantem intellectum, sine cuius lumine, nihil est in homine, & cum hoc veritatem perfectam. Meditatio, præuis illis, suggerit veritatem statuendorum, agendorumque. Quod si ne sic quidem ex voto & voluntate nostra potiamur sine, consequimur tamen eundem, in temporalibus, ad beneplacitum & voluntatem diuinam, orantes, quæ semper ex vñu est nobis, & longe optima, omni opinioni nostræ contra. Hoc est illud antiquum oraculum probatissimum: ora & labora.

Ethæc, si ad ipsa quæ sita redeamus, per Verbum & Thummim, ad hæc noscenda, explicanda ac intelligenda, veram ac optimam exhibent clauem, ex re ipsa philosophando, singula tamen & omnia ad normam analogiæ fidei, & saluo rectius sentientium iudicio. Vñus nimirum ille erat temporarius, hic vero perpetuus, vterque solennis, certus & fidus, nunquam fallens.

Sed vt magis paulo hæc illustrentur, liceat his adhuc quædam meditando occurrentia addere. Enimvero nihil hic, quod in cernendi sensum caderet, in pectorali offendisse quærentes, plura quoque alia persuadere queunt. Maieitati diuinæ & gloriæ conuenientior videtur laudata hæc hypothesis. Neque aliud quid infert particula ἢ, siue in, siue sub, seu ad, ante, apud, cum, circa, per, erga, aliisque modis explicetur, proprie enim & κατ' ἐξοχὴν in vel erga significauerit, reliquæ si non omnes, saltem pleræque significationes, latitudinem huius vocis exprimunt.

* (9) *

Variat enim (1.) pro auctorum placitis, & secundum ver-
siones hinc non vnas, quas *Noldius* secutus in *Tr. de particulis*
Hebrae lingue. Variat (2.) pro subiecti & praedicti conditio-
nibus & circumstantiis diuersis. Proprie vero (3.) in aliquid
non tam absolute externum quam internum significat, & ma-
xime quoad locum, cum magno ambitu & latitudine.

Ex quo velut clavis defumi forte potest dubiorum inde
exortorum, prout accusatiuum *ad locum*, vel ablatiuum *in loco* no-
tat. Et facile omnia diluuntur & clarent, si hoc loco *sub*
reddatur, quod non solum solenne est, & vsitatum, vel vno
exemplo vulneris *אל-הרום* *ad quintam*, *in*, vel *sub* potius
quintam costam, vt apud Latinos quoque gladium in latere desige-
re alicui, id est, sub latere, dicitur; sed etiam a *Noldio l.c.p.64.*
exemplis aliis monstratum. Sane vt corona, diadema, purpura,
sceptum regem; vt fasces consulatum vel magistratum signant:
Ita pectorale summi Sacerdotis eiusdem officium & priuile-
gium notat, *Vrim* & *Thummim* vero donum vaticinandi specia-
le, diuino inspiratu, illuminatione, effato, vt *μαθὼν παρὰ τῆ*
θεῶ, *edoctus a Deo*, seu *Φερόμενος ἐπὶ πνεύματι ἁγίῳ*, *inspira-*
tus a Spiritu Sancto responderit.

Illuminatio antecedens, effatum consequens, vtraque ab-
soluebant oraculum diuinum, oretenus prolatum, idque non
indefinitum, per dicta, non incertum, dubium, vel æquiuocum,
sed definitum, indubitatum, longe certissimum. Hinc nonnulli
sanctuarium & officium religiosum diuinum exponunt *Deuter.*
c.33. v.8. Tantum vero abest, vt *Vrim* & *Thummim* inter de-
perdita sint numeranda, quæ hodie nec dentur amplius, nec
nouerimus. Habemus enim etiamnum *Mosen* & *Prophetas*,
legem & *euangelium*, media omnia Christiano more exorandi
& querendi petita, & reliqua. Hic vero, quod dicitur, iubet
Plato quiescere. Hæc præmittere voluimus, occasione *Dissertati-*
onis Inauguralis de SERPENTARIA VIRGINIANA, Clarissimi

CHRISTOPHORI LVDOVICI GÖCKELII,
Medicinæ Doctorandi dignissimi.

)(

Vita-

Vitalem adspexit lucem Hersprucki Noricorum, anno superioris seculi nonagesimo, XVI. Calend. April. Parente Nobilissimo & Excellentissimo CHRISTIANO LVDOVICO GÖCKELIO, Medicinæ Doctore, tum temporis Physico Herspruckensi, nunc Consiliario & Archiatro Primario Badense, Academia Naturæ Curiosorum, & Societatis Medicæ Norimbergensis Collega celeberrimo; Matre DOROTHEA FELICITATE, B. IOH. CHRISTOPHORI EISENI, I. V. Licentiati & Archigrammatei Hersprucken-
sis filia.

His suauissimis Parentibus, mutata paulo post sede, Norimbergamque translata, maxime curæ cordique fuit fidos aptosque Præceptores subinde seligere, non neglecta sollicita ad pietatem, optimos mores, & bonas literas propria domestica formatione; succedanea paternæ æmula cura functis, sub absentia Parentis, inspectione & conuersatione, aliis. Inter hos summos & grauissimos Viros veneratur IOHANNEM CONRADVM FEVERLINVM, tum antistitem Ecclesiæ Ægidianæ, eiusdemque Gymnasii Inspectorem, nunc Superintendentem Nördlingensem dignissimum, & GOTHOFREDVM THOMASIVM, Medicinæ Doctorem celeberrimum, Physicumque & Practicum Reipublicæ Noricæ ordinarium felicissimum.

Ad bonarum literarum vero & liberalia humanioraque studia ingenium capacissimum formarunt Viri præclarissimi & laudatissimi, SAMVEL FABER, Rector Gymnasii Ægidiani, & M. HAGENDORNIUS, Conrector, vt & MICHAEL BARZIUS, & IOHANNES CHRISTOPHORVS STOI, virique beatæ memoriæ.

Pondus addidit IOHANNIS WÜLFERI, Antistitis ad D. LAVRENTII Spectatissimi, Professoris in Gymnasio Ægidiano Ethices, Politices, & Geographiæ perincluti, Explicatio Lineamentorum Iuris ciuilibus Rechenbergianorum.

Hinc familia paterna ineunte anno CIO IOCCVI. in aulam Badensem demigrante, die vigesimo primo Decembris publica Oratione, de Artis Medicæ Ortu & Progressu, habita valedictoria, præuia paterna honoratissima manu dictione ad artis medicæ promulgidem, Excellentissimo Professo-

* (11) *

ri D. IOANNI ZELLERO commendatus, eiusdemque ex Aula Serenissima Badenfi comitatui æque & informationi, Tübingam concessit.

Hic Rectore Magnifico D. IOHANNE CONRADO KLEMMIO, S. S. Theol. Professore receptus, omni opera & studio profectus est, in medicis acroasibus & physicis, Celeberrimorum CAMERARIORVM informationem, & seorsim in Anatomicis profecti-
onibus Zellerianis egregia iecit fundamenta; vltiores sibi feneraturus profectus, nisi in incepto optimo futuro flore studiorum infestis Gallorum armis remora insignis posita obstitisset.

Inde enim consilium & locum, iussu Parentis Optimi, mutare coactus, ad Salanam nostram missus fuit, sub Pro-Recto-
ratu Magnifico ICTI famigeratissimi IOH. BERNHARDI FRISII. Cæptam itaque, Bono cum DEO, telam feliciter continuauit: in Sophicis & Medicis Scholis, sectatus excellentissimos & fidelissimos Professores.

In illis, inprimis Physicis, Mathematicis, & Experimenta-
libus, GEORGIVM ALBERTVM HAMBERGERVM, in reliquis Phi-
losophiæ partibus M. CHRISTIANVM STOCKIVM, Philosophiæ
Adiunctum meritissimum, & M. CHRISTOPHORVM AV-
GVSTVM HEVMANNVM audiuit sedulo.

In medicis e RVDOLFFI GVILIELMI CRAVSH, Hereditarii in
Mellingen, Senioris Academiæ & Facultatis Medicæ veneran-
di, discursibus eruditissimis, non parum profecit. Seorsim
vero D. IOHANNIS HADRIANI SLEVOGTH, Hereditarii in Rosla/
in Anatomicis, Chirurgicis & Botanicis, prælectiones & demon-
strationes, publicas non minus ac priuatas, gratissimo elogio
prosequitur: vt & B. DOCTORIS ERNESTI HENRICI WEDELII, in
omnis generis artis exercitiis, Lectoriis, Disputatoriis, non pa-
rum se debere profitetur; ipsiusque successori D. IOHANNI A-
DOLPHO WEDELIO, non vno exercitio & titulo idem acceptum
fert.

Cumque ipsemet in testimonium vocer, candide id &
sincere affirmo, indefessum & solertissimum studium eundem
adhibuisse, optimique moris exemplo aliis præluxisse. Au-
diuit

* (12) *

diuit prælegendem institutiones medicas, & seorsim Pathologiam-Semiotico-Therapeuticam, materiam medicam, ac de eiusdem compositione, morbos mulierum, Chimiam ac praxin Clinicam tractantem & tradentem; vna quoque vberissimam cognitionem autorum in tota arte, veterum & recentiorum quorumvis, auide haufit. Publice vero formulas præscribendi methodum, & ad imitationem Mynsichtianarum, Physiologiam acroamaticam, Pathologiam generalem & specialem, secundum genera curate diuisam. Vna quoque me Præsidi Dissertationem e praxi Clinica, de INCUSO, non sine singulari applausu publicè defendit, vt taceamus in praxi eadem instituta exercitamenta, & quotidianam conuersationem.


Cum itaque adultis profectibus, iussu Parentis, ad honores in arte summos adspirans, modeste inter Candidatos recipi petiisset, Facultas gratiosa exploratis illis non solum plenisime assensit, sed & ad cathedram publicam aditum concessit. Huic solenni Panegyri, ad D. XXV. Iunii, volente Deo, habenda sub nostro præsidio Dissertatione Inaugurali laudata, vt Magnificus Pro-Rector, Venerandi Academiæ Proceres & Patres, Hospites omnium ordinum Nobilissimi, & Almæ artis Fautores gratiose & beneuole suam præsentiam commodare dignentur, perofficiose & amice contendo, rogoque.


P. P. Sub Sigillo Facultatis Ann. MDCCX,

D. XXII. Iun.



Quædam solent in hunc modum vocari, cum dicitur
 quædam solent in hunc modum vocari, cum dicitur
 quædam solent in hunc modum vocari, cum dicitur





J710
W391d

